

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Elementa dialectica ex commentario logico Johannis
Conradi Dannhaueri**

Rapp, Johann Heinrich

Argentorati, 1668

De Syllogismo Probabili

urn:nbn:de:bsz:31-102382

SYLLOGISMO PROBABI.

Quid est Syllogismus Topicus?

Syllogismus Topicus seu Dialecticus est qui constat ἐξ ἐνδοξῶν seu propositionibus probabilibus. *Vel* Dialectica est methodus, per quam possumus argumentari de omni proposito problemate ex probabilibus.

Quid est Problema?

Problema est id, de quo probabiliter ex ἐνδοξῶν differitur. e.g. Estne mundus æternus, necne?

Quid sunt ἐνδοξῶν seu probabilia?

Ἐνδοξῶν seu probabilia sunt, quæ vera videntur vel omnibus, vel pluribus, vel sapientioribus: Hisque sapientioribus, vel omnibus, vel pluribus, vel præstantioribus.

Quot sunt problemata Topica?

Quatuor potissimum, *Primo* est problema Generis, (sub quo comprehenditur problema Speciei). *Deinde* est problema proprii. *Tertio* Definitionis (quo referri potest problema Differentiæ). *Quarto* Accidentis.

Quinam est Finis Syllogismi Topici?

Finis Syllogismi Topici est OPINIO.

DE SYLLOGISMO

Quid est OPINIO?

OPINIO est inclinatio ad assensum, ob rationem aliquam probabilem, cum formidine oppositi.

NB. Maximas ad singulos locos pertinentes, peras è Dialectica D. DANNHAWERI. à pag. 44. ad pag. 57.

DE

SYLLOGISMO SOPHISTICO.

Quid est syllogismus Sophisticus?

Syllogismus Sophisticus (Eristicus, Litigiosus, Contentiosus) est, qui vel in forma vel in materia peccat.

Quid est Sophista?

Sophista est persona mendax, sub specie veritatis imponens.

Quid est Sophisma?

Sophisma est, quæ videtur Sapia, cum non sit.

Quos sibi fines Sophista habet propofitos?

Quinque potissimum. 1. Elenchum seu contradictionem. 2. Falsum. 3. Paradoxum seu absurdum. 4. Solœcismum. 5. Ἀπολογία seu negationem.

Quid est Elenchus in genere?

Elenchus est Syllogismus cum contradictione conclusionis.

Quo-

Elen
Elen
bilibus
fioni ad
Elen
reter t
farii: &
Par
tum, qu
est, & fa
omnia.
Solo
matico
Nug
rerum,
Loc
Duplic
nem in